

tur, qui discernent dictos homines ab aliis, & sedimina eis collata ab aliis sediminibus, qui electi fuerunt voluntate, & consensu D. Plaxani abbatis, & D. Lotterii præpositi, & D. Villelmi Sivoleti, & D. Villelmi Croce dicentium securitatem facere per se, & suos consortes, videlicet Arnaldus Cazola, Alburtus Purtunus, Miglaza, Otto Boz, Villelmus Ciconia, Obertus, Magister Anselmus, Magister Ottodora, & Moxardus. Qui dixerunt sub debito Sacramenti, quod se fecisse confitebantur, & consignaverunt, & nominaverunt illos, qui sunt de Casanova, & quibus data fuerunt sedimina, & ipsa sedimina consignaverunt, sive heredes ipsorum, quibus fuerunt data ipsa sedimina, & qui adhuc tenent in castro, & villa Montisboni. In primis unanimiter, & una voce omnes in simul ita dicunt, quod sedimina, quæ fuerunt data prædictis hominibus de Casanova, & adhuc tenent, & possident illi, qui sunt modo, & qui antiquitus tenebant, & possidebant, & in allodium sine aliqua conditione vendendo, & alienando, & sua negotia faciendo sunt a domo Villelmi Ciconie, & Ottonis Bozariana, quæ est in medio suarum domorum per villam de versus partem Casanova, usque ad domum illorum de fonte, ita quod sedimen de Craviolo remanet inter illa de Casanova, & sedimen Villelmi Ciconiæ de versus Casanova, & sedimen Ottonis Boz est de versus Montembonum & omnia sedimina infra ipsas coherentias, & domos, prout supra leguntur sunt de Casanova. Et isti homines de Casanova Dorce, Arnaldus Cazola, illi de Nicolao Flori, & fratres Ravaz, Rubeus, & Ciconiæ Magister, Obertus Magistri, Astexanus de Fonte, & fratres Cosca, Albricus ejus frater, Arnaldus de Donna Aldixia, & fratres Alcorii, Ot Doizi, Dominus de Natis, D. Grossi, Moxardus, Arnaldus Ocella, Lecatus Henrionius, Aquedinus Raingotti, Ugo Gazani, & fratres, & Petrus Buz, Henricus Jordonus, & fratres, Arnaldus Blendus, Ogervus Blendus, Ottobel Sibilla, Pistunus, & soror ejus Aquidea, Joannes Craviol, Obertus Carena, & fratres, Moiz & fratres tenent mansum unum in Casanova. Ruffinus Cavaler, Jacobus Cavaler, & frater ejus Matelda, Lenta Agnes, Lenta Gualfredi tenent fidelitatem, & tenent de suo. Unde de ista confessione, & pronunciatione dicti Domini, & homines rogaverunt plura instrumenta fieri. Ego Totusbonus S. Palatii Notarius interfui, & hanc cartam de mandato Domini Abbatis suprascripti, & D. Lotterii præpositi, & D. Villelmi Croce, qui erant ibi præsentis, & dictorum hominum prout supra legitur tradidi, & scripsi, nihil penitus immutando, nisi ut a dictis hominibus audivi, & intellexi.

Ego Ubertus Galea Not. P. mandato D. Albeti Aq. Episcopi hanc cartam, ut supra exemplavi &c. Ego Bonifilius Notarius &c.

Donatio Eccl. S. Johan. suburbii Aq. fratribus minoribus S. Francisci a canonicis facta.

205

M C C X L I V.

Annò Dominicæ Nativitatis MCCXLIV., indict. II., diæ lunæ XIII. intrante junio. In claustrò majoris Aquensis Ecclesiæ. Ad honorem Dei omni-

potentis, & Beatæ Virginis Mariæ, & Beati Joannis, & Beati Francisci, D. Dodo Archidiaconus Aquensis, & D. Lotharius præpositus ejusdem Eccl. de consensu, & voluntate fratrum suorum scilicet DD. Othonis Archipresbyteri, presbyteri Bovonis, Henrici, & Simonis canonicorum Ecclesiæ Aquensis dederunt, & concesserunt libere, & absolute, & pure, sicut melius dare, & concedere potuerunt, habitationes, & usum Ecclesiæ Sancti Joannis sitæ in Burgo Aquis cum suis officinis totius sediminis ejusdem Ecclesiæ spectantis, & pertinentis pleno jure Ecclesiæ Aquensi ad habitandum fratribus minoribus. Ita quod ipsi fratres minores possint ibi habitare, & esse quousque ministris dictorum fratrum placebit. Ita quod ipsi fratres ibidem habeant habitationem, & usum secundum quod eorum ordo, vel fratres ejusdem ordinis possunt habere, & possidere. Concesserunt etiam prædicti Domini, & voluerunt quod fratres dicti ordinis libere, & absolute absque aliqua contradictione capituli Aquensis Ecclesiæ, vel alterius pro eis, possint ibi ædificare domos, & officinas secundum quod dictis fratribus placebit, & destruere, & mutare, si aliquid esset ibi in ædificiis, & in ipsa Ecclesia mutando, & destruendo pro eorum consolatione, & honestate. Voluerunt, & concesserunt prædicti Domini, quod si aliquo tempore aliqua necessitate imminente prædicti fratres minores in prædicta Ecclesia habitare non possent, & ad tempus recederent, quod quocumque eis placebit libere, & absque contradictione possint redire ad habitandum in dicta Eccl. S. Joan, secundum quod dicti Domini mere, & pure concesserunt habitare. Retinuerunt tamen dicti Domini, seu capitulum Aquensis Ecclesiæ in se totam parochiam dictæ Ecclesiæ S. Joannis, sicut retinere abhinc retro consueverunt. Si vero fratres prædicti aliquo casu Ecclesiam dimitterent recedendo de civitate, vel terra Aquensi, tunc voluerunt ipsi Domini, quod dicta Ecclesia, & omnia pertinentia ad ipsam remaneant capitulo Ecclesiæ Aquensis, & ad ipsum revertantur, donec ut dictum est, prædicti fratres velint ibi redire ad habitandum, sicut superius est expressum. Interfuerunt testes rogati presbiter Obertus canonicorum, Ubertus Custos, Petrus Carlevarius, Uberzulus Montagnola, & Henricus Dodonis. Ego Jordanus de Cumis Not. S. Palatii interfui, & jussu dictorum Dominorum hanc cartam scripsi.

Frederici II. Imperatores diploma, qua Bonifacium Marchionem Montisferrati dimissis offensis in suam gratiam recipit.

M C C X L V.

206

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus Hierusalem, & Siciliæ Rex Singulare decus pietatis in Principe ipsum a mortalibus S. habet commune cum aliis, quod invicem sibi, & frequenter indulgeant privati privati injuriis lacesiti, ipse quanto frequentius magis offenditur, tanto pro ceteris miserabilius miseretur. Præsens cœtus noverit, & successura posteritas, quod nos ad supplicationes Bonifacii marchionis Montisferrati dilecti affinis, & fidelis nostri mansuetudi-